**S**ed contra predicta arguitur sic: Locus d̄rītia maxie est p̄s loci maxime: q̄ mēbra diuisiōis coincidunt. Itē vlderur q̄ diffinitio maxime nō sit bñ assignata. qz ista: omne totū est maius sua parte est quedā maxima: et tamē alia ē notior ipsa scz illa: De quolibet esse vel non esse: et de uullo ambo simul: qz ill d̄ p̄mū p̄ncipiū est uorissimū: ex q̄rto metaphisice. Respōdēdo ad p̄mū q̄ locus diffēntia maxime pōt capi dupl<sup>r</sup>: vno<sup>o</sup> materialiter p̄ ipsis terminis: et sic bene est pars maxime. Alio nō formaliter p̄ habitudine huiusmodi terminoz: et sic nō est pars eius: sed differūt adiuuicem: sic explicans et explicatum: maxima enī est explicitiua huius habitudinis. Ad secūdū pōt dici q̄ licet vna ppositio de quolibet esse et non sit notior illa: omne totū est maius sua parte: qz scz est de termino simpliciter p̄mo ad quē stat resolutio omnium terminoz. s. d̄ ante: tamē nulla ē notior ipa in suo genere seu ex eis dē terminis: cū ex talibus terminis nulla sit inuēntior ipa.

### Circa predicta notandum

q̄ p̄ncipia sūt in duplici diffēntia: quedam sunt simpl<sup>r</sup> prima et inuēntiora: strabilia a priori: vt omne totū ē maius sua parte. Si ab equalibus equalia demas que remanent sūt equalia: et huiusmodi q̄ d̄cūtur maxime: qz sūt maxime certitudinis et virtutis ad conclusiones inferēdas. Dicūtur etiā dignitates: qz dignū est as sentire ipsis. Dicūtur etiā cōes autim cōceptiones: qz ab omnibus p̄cipientibus terminos eoz veritas agnoscitur. Dicūtur etiā ppositiones immediate: qz nō indigent p̄bati per aliud prius se: et tñ sunt p̄ncipia cōmunia: qz sunt de terminis cōmunibus: sicut equalē et inequalē cōueniūt numero et magnitudie: et tñ considerat metaphisica que est scientia cōmuni: at per illa habet stabilire p̄n

eipla specialia allarū scientiarū si op<sup>o</sup> sit  
 Alia autē sūt p̄ncipia q̄ sūt pp̄ria prin-  
 eipla p̄culariū sciētiarū: que licet pos-  
 sint dici dignitates: nō tamē illa p̄p̄e.  
 Sūt autē illa p̄p̄a p̄ncipia in aliqua sciē-  
 tia q̄ supponūtur in ipsa sciētia: et cōstitu-  
 untur ex terminis proprijs ipsius scien-  
 tie cuius diffinitōes p̄p̄e sūt specialiaz  
 terminoz in sciētia vtente illis terminis:  
 sicut in geometria rectum dicitur cuius  
 medium non exit extrema: et ex hōiō p̄n-  
 eiplis p̄cedit demonstratio primo poste-  
 riorum. Principijs autē communibus in  
 sua cōmunitate manentibus nō vtūtur  
 sciētie specialēs: sed bene vtuntur ipsīs  
 appropriatis et applicatis ad suum ge-  
 nus scibile vt p̄ncipio. Si ab equalib<sup>9</sup>  
 equalia demas que remanent sunt equa-  
 lia. Atitur geometer applicando illud  
 ad magnitudines sic: Si ab equalibus  
 magnitudinibus equalēs magnitudines  
 demas: residue erint equalēs. Arismet-  
 ricus autē applicādo ipm ad numeros  
 Vocat autē Aristoteles p̄ncipia sciētiarū  
 vno positōnes que ponuntur tanq̄ p̄p̄a.  
**Q**uid dicitur vno positio in suppositionē  
 petitionem et diffinitionem: et veniunt  
 in hoc supposito et petito: qz si sint de-  
 monstrabilia: non tamen illa sciētia in  
 qua supponūtur vel petitur: sed differt  
 abinute: qz si p̄positio que accipitur vt  
 p̄missa ad aliqd demonstrandū sit p̄p̄a:  
 bilis adscēnti: siue videatur sibi vera:  
 tūc dicitur suppositio non simpliciter: s3  
 ad aliquem. Sed si esset penitus inde-  
 monstrabilis: esset suppositio simpliciter.  
 Si vō adscēntis cui sit demonstratio ne-  
 qz fuerit eiusdē op̄inionis: neqz cōtrarie  
 sic qz eam neqz concedat neqz neget dici  
 petito. Diffinitio autē differt a sup-  
 positione et petitione: qz om̄is supposi-  
 tio vel petio est p̄positio. Diffinitio  
 autē nō: sed soluz simpliciter intellectu ap-  
 p̄henditur. Unde dicit Arist. qz non di-  
 cit esse vel non esse: qd est intelligēdum  
 non de cōtra rei que p̄ diffinitionem ex-  
 plicatur: sed de esse quod consistit in cō-  
 positione: p̄dicati cū subiecto: cū tñ assu-

mitur in p̄positōne et p̄dicatur de diffi-  
 nito: tūc talis p̄positio est suppositio: et  
 medium in demonstratōne p̄pter quid  
 et potissima. Quare vō sciētia subalē  
 nata accipit p̄ncipia sua a subalternatē  
 sciētia de ipsa est aliqd dicendum.

### Circa quod est notandum

qz ad hoc qz vna sciētia subalternerur  
 alteri tres cōditiones requirūtur. P̄rio-  
 enī requiritur: qz subiectū sciētie subal-  
 ternate sit sub subiecto sciētie subalter-  
 nantis: sic musica que est de numero so-  
 nozū: sicut de p̄positionibus numerali-  
 bus applicatis ad sonos subalternatur  
 arismetrice: que ē de numero sup̄to sim-  
 pliciter. Secūdo qz subiectuz ei<sup>9</sup> addat  
 diffrentiam accidentalez ad subiectū s3  
 alternantis: sicut fouus est diffrentia ac-  
 cidentalis addita numero. Tercia qz sci-  
 entia subalternata accipiat p̄ncipia sua  
 a sciētia subalternante.

**N**otandū insup qz respectu om̄is  
 conclusionis demonstratē  
 onis oportet ponere p̄ncipia prima in-  
 demonstrabilia: als in infinitū p̄cedere  
 tur. Est at magis assentiēdum p̄ncipijs  
 qz conclusionis: quod p̄bat Arist. primo  
 posterioz: qz p̄pter qd vnum quod d̄qz ta-  
 le et illd magis: que auctoritas qz sepe  
 allegatur in p̄p̄ia et theologia ē aliqua-  
 liter declaranda: Et sic pōt intelligi: Il-  
 lud est magis tale p̄pter quod vniū qd̄  
 est tale: vt qz cōclusio est euidēs exp: in  
 cipio: ideo p̄ncipium ē magis euidēs:  
 vnde illi magis est credendū. Ad verit-  
 tatē autē illi<sup>9</sup> p̄p̄ois oportet qz illud pre-  
 dicatum qd̄ cōuenit alicui p̄ aliquā cau-  
 sam cōueniat etiā illi cause. Et ideo nō  
 sequit: Ista inferiora sūt generalia et cor-  
 ruptibilia p̄pter sup̄iora: ergo sup̄iora  
 sunt magis generabilia: qz talia p̄dicata  
 non cōueniunt sup̄ioribus. Itē requirit  
 qz illud quod est causa tal̄ causati sit cau-  
 sa p̄cisa t̄lis p̄dicati. vñ nō sequit̄ dom<sup>9</sup>  
 est solida p̄pter dom̄ificatozē: qz dom̄ifi-  
 cato: ē magis solid<sup>9</sup>. Firmitas etiā non  
 inest dom̄ni p̄cise a dom̄ificatozē s3 a so-  
 liditate suaz p̄riū. Itē nō tenet in causa

accidentaliter ordinatis: unde nõ sequitur Sortes est hõ ppter platonẽ: q̄ platonẽ est magis homo. Dicuntur aut̄ cause accidentaliter ordinatæ quãdo vna de spondet ab alia in eẽdo sed non in causando: vt filius licet habeat esse a patre potest tamẽ generari patre mortuo. In causis nõ eẽtialiter ordinatis ẽ dependentia et in esse et in causare: vt de solẽ homo generat hominẽ. Inferior enim causat in virtute superioris qd̄ est intelligendum scdm̄ Sco. p̄ma dist. 4. sen.

Non qz causa secũda in suo ordine agit virtute p̄pa. Non enĩ accipit nouã influentia: sed dicitur agere in virtute alteri: qz virtus agentis dependetis nõ sufficit sine virtute illa a qua dependet.

### Locus diuiditur. 2c.

Postq̄ auctor diffinit locum hic consequenter diuidit locum dicitur maxime per locum intrinsecum et extrinsecum et mediũ. Locus intrinsecus est quãdo sumit̄ argumentum ab his que sũt de substantia terminorum in questione positorum. ¶ Hic sciendũ q̄ in omni argumentum est p̄lusio que fuit questione anteq̄ concluderet: ideo dicitur q̄ argumentum facit fidem de re dubitativa: id ẽ de questione que prius erat questio et dubitabilis. ¶ Locus ergo intrinsecus ẽ quĩ sumitur argumentum ab his que sũt de substantia terminorum in questione positorum: hoc est quĩ terminus inferens est ita de essentia termini illati: q̄ vnus includit alium aliquo modo eẽndi in: vt pposita illa questione: vtrũ sortes sit animal arguitur sic. sortes est homo: ergo sortes est animal: ly animal qui est terminus illatus includitur in termino inferente. ¶ Locus autem extrinsecus est quĩ illi termini sic se habent q̄ vnus non includit alium: sed est extra rationem eius: vt si arguat sortes est albus: ergo non est niger. Nõ enĩ huius termini albus ẽ extra rationẽ huius termini niger. ¶ Locus nõ mediũ est quando huiusmodi termini sic se hũnt q̄ p̄m̄ conueniunt: et partim dñit: vt cons-

cretus et abstractũ q̄ dicitur p̄ugata conuenit in significato: et dñit in modo significandi: vt iustitiam et iusticia. Iusticia enĩ significat illã q̄litate in se p̄sideratã. Iustitiam nõ significat huiusmodi qualitatẽ p̄cernẽdo subiectũ cui inest. Ex p̄dictis patet q̄ diuissio loci dñie maxime ẽ bñ assignata. Et enĩ p̄us dicebatur locus dñie maxime est formaliter habitudo terminũ ad terminũ: vt p̄firmas argumentũ. Distinctionem autẽ intentionis debet dari s̄m̄ distinctionem sũdamẽtorũ: sic distinguunt tres modi relatiuorum quinto metaphisice. Hic ergo distinguuntur loci s̄m̄ varietatẽ terminorum in quibus fundant. Si querat: quare nõ ponitur diuissio loci maxime: sicut dñie maxime. Respõdeo q̄ habitudo diuissio dñie loci maxime: habetur diuissio loci maxime. Scdm̄ enĩ varietatẽ terminorum est variatio maximarũ explicitiũ huiusmodi terminorum habitudines.

¶ Deinde diuidit auctor locum intrinsecum in locũ a subia et a concomitantibus subiam. Locus a subia ẽ quĩ sumit̄ argumentum a substantia terminorum in questione positorum: quĩ vnus terminus inferens et illatus sic se hũnt q̄ vnus illoz dñit totã eẽntia alteri p̄uertibiliter. vnũ subia in ppositio nõ sumit̄ p̄dicamẽto substantie s̄ p̄ essentia rei. In alijs nõ p̄dicamẽtis replunt huiusmodi loci sicut in p̄dicamẽto subie: licet autẽ videat̄ hec diffinitio eẽ eadẽ cũ diffinitio loci intrinseci: tñ dñit: qz in loco a subia argumentũ sumit̄ ab eẽntia termini p̄uertibiliter nõ in diffinitio loci intrinseci: s̄z ibi sufficit q̄ vnus illoz dicat aliquid includit eẽntia alteri aliq̄ modo eẽndi in: vnũ illa diffinitio puenit nõ soluẽ loco a subia: s̄z etiã loco a concomitantibus substantia q̄ ẽ quĩ sumit̄ argumentum ab his q̄ eẽ sequit̄ terminos in q̄õ positos. qz vnus eẽntia vnũ p̄sequit̄ eẽntia alteri: et vnus illoz aliq̄ modo includit eẽntia in alio: vt sicut p̄ in suo toto vlt̄. vt sicut forma in materia: aut res in suo fine: et sic de alijs: vnũ tñ non includit eõuertibiliter totã eẽntia alteri. ¶ Diuidit autẽ locũ a subia p̄ locũ a diffinitio a desep̄: et nois interpretat̄. Diffinitio



## De loco a diffinitione

est oratio indicans quid est esse rei.

**Circa quod sciendum** <sup>q hic su</sup> <sup>mit dif</sup> finitio non p diffinitioe causali q datur p causas extrinsecas: seu p descriptione vel diffinitione qd nomis: s; p diffinitioe qd dicitur q explicat eentia rei p pncipia essentialia et intrinseca diffinitio: scz per gen<sup>o</sup> et orntiam que se habet vt materia r forma: vt declaratu fuit in pdicabilibus.

**Locus a diffinitione** est habitudo diffinitionis ad diffinitum: q quid e habitudo idetitatatis: scz couertibilitatis ipso rum adinuicem: Ex quo puenit q quicquid affirmat vel negatur de vno: etiaz affirmatur vel negatur de alio: r de quo cunq; verificatur vnum: verificatur et reliquum. Et cotinet iste locus quattuor argumenta et quattuor maximas: pmo subiuciendo diffinitionez affirmatiue: vt omne animal risibile currit: ergo omnis homo currit. **Unde locus: a diffinitione.** Maxima. Quicquid pdicatur de diffinitione et de diffinito. Secundo pdicando diffinitionem affirmatiue: vt sortes e animal rationale: ergo sortes est homo. **Unde locus: a diffinitione.** Maxima q quocunq; pdicatur diffinitio et diffinitu Tertio: subiuciendo eaz negatiue: vt animal rationale no currit: ergo homo non currit. **Unde locus: a diffinitione.** Maxima: quicquid remouetur a diffinito. Quarto pdicando eam negatiue: vt lapis non est animal rationale: ergo lapis non est homo. **Unde locus: a diffinitione.** Maxima: a quocunq; remouetur diffinitio et diffinitum. Eodẽ mo potest argui a diffinito ad diffinitionem scz subiuciendo et pdicando diffinitu affirmatiue et negatiue: vt omnis ho currit ergo omne animal rationale currit. **Unde locus: a diffinito: maxima:** Quicquid pdicatur de diffinito et de diffinitione. et sic de alijs modis ptermittendo diffinitu et pcludendo diffinitionem. **Unde tunc est locus a diffinito qn diffinitum inferret et concludit diffinitionem: r tunc est lo-**

cus a diffinitione quando diffinitio inferret diffinitum. Locus eni denominat ab inferente et non ab illato: eo q vtus approbatiua cotinetis est in termino inferente: scz in medio et non in termino illato. **Notandũ etiam q locus no denominat a tertio inferente absolute supeto: cum logicus non sit artifex realis: s; denominatur a termino. put stat sub aliqua intentione logicali: scz diffinitio generis et speciei: r sic de alijs: vt si arguatur homo currit: ergo animal currit: no denominatur locus ab homine: vt e res absolute sumpta: scz a specie: id e ab homine vt stat sub illa intentione que e speciei. **Item Notandũ q in huius argumentis termini debent accipi psonaliter: als consequentie non valerent: et io no sequitur: animal rationale est oratio: q homo est oratio: qz termini sumuntur ueritaliter. Item non sequitur: homo est species: ergo animal rationale est species: qz ly homo non supponit simplicitẽ. Item iste consequentie tenent in ppositionibus de inesse. In illis enim modalibus que a quibusdam dicuntur modales non semp tenet talis illatio. **Unde n sequitur: sortes scitur esse homo: q scit esse animal rationale. Item non sequit demonstrabile est hominem esse risibile ergo demonstrabile est animal rationale esse risibile. Passio em que demonstratur de diffinito est p se nota de diffinitione: vt dicit Sco. 2. di. p. sen.******

**Item Notandum** <sup>fm eundẽ do</sup> <sup>ctorem q co</sup> ceptus quiditatis prius naturaliter cognoscitur confuse: vt scz imponitur per nomen q cognoscatur distincte: vt impertatur per diffinitionem: licet ergo eades res imponatur p diffinitionem r diffinitum: no tamẽ eodẽ mo. Designatur em per diffinitum confuse et implicite: r p diffinitione distincte r explicite. ex quo patet q alia pdicata sunt notiora de diffinitione cuiusmodi sũt pdicata p se: vt proprie passiones cum oriuntur a pncipijs intrinsecis substantie q explicant

p diffinitionem. Aliqua vō sūt notiora  
 dō diffinito cuiusmōdī sūt accētia coīa que  
 pus insūt inferiozibus: euz inferiora sūt  
 materialia respectu supioz: r p pū co  
 gnoscētur cōfufe q̄ ipā supioza. Quā  
 do ergo p̄dicata sūt notiora de diffinitō  
 ne q̄ de diffinito: bñ pcedit arguēdo a  
 diffinitione ad diffinitum. Si vō in ta  
 libus p̄dicamētis pcedat a diffinito ad  
 diffinitioē erit petitio p̄ncipij qñ pbat  
 ignotū p ignotius. An aut p̄dicamenta  
 sūt notiora de diffinito q̄ de diffinitōne  
 tūc bñ pceditur arguēdo a diffinito ad  
 diffinitionē. Si vō in talibus p̄dicamē  
 tis pceditur arguēdo a diffinitione ad  
 diffinitū erit petitio p̄ncipij. In istis au  
 tē cōsequētis ē argumētū demonstrati  
 uum qñ accūs ē euidēter notū: vt omne  
 animal rōnale ē risibile: ergo omnis ho  
 mo ē risibilis. ¶ Sed p̄tra p̄dicta argui  
 tur: qz si p̄dicta sūt vā: auc. cōmittit pe  
 titiōnem p̄ncipij. Arguit em̄ sic: Ani  
 mal rationale currit: ergo homo currit:  
 r tamē p̄dicamētū est notius de diffi  
 nito q̄ de diffinitōne. Ad hoc pōt vū  
 pliciter responderi: p̄mo qz auctor sic ar  
 guit: grā exempli. Exempla aut ponunt  
 non vt vera sūt: s; vt sentiāt q̄ addiscūt  
 Secūdo pōt dici qz in locis dyalecticis  
 non senu optet pcedere a notiozib; sim  
 pliciter: sed a notiozibus in ordie ad re  
 spondētē. An licet aūs uō sit notū sim  
 pliciter q̄ cōsequēs: si tñ sit notū res  
 etu respōdētis: erit locus dyalecticus et  
 non petitio p̄ncipij. Deinde determinat  
 auctor quid sit descriptio dicens: qz  
 ¶ Descriptio est oratio significās quid  
 est esse rei p̄ accidentalialia. Circa qd notā  
 dum: qz p̄ hec orit diffinitio et descriptio:  
 qz diffinitio expūit qd rei p̄ eētia:  
 lia: descriptio vō p̄ accidentalialia qd qd sit: n̄  
 solū p̄ accētia p̄pria q̄ oritur a p̄ncipij  
 s; speciei: s; etiā p̄ accētia coīa que flu  
 unt a p̄ncipijs inditūdi. Per ipā est  
 cognoscimus rei essentia. qz s̄m Arist.  
 in li. de aīa: Accētia uariā p̄tē p̄ferit  
 ad cognoscēdū qz quid est. diffinitio eti  
 am causalis que dat p̄ causas extrinse

eas pōt dici descriptio: huiusmōdī et cas  
 se sunt accidentales causato: cū nō sūt  
 de ei' eētia p̄ accidentalialia. igit̄ dat des  
 scriptio q̄ faciūt vnū cōuertibile cum de  
 scripto in q̄ntū vnū cōtrahit r restringit  
 alterū: vt si dicat homo est animal mā sue  
 tū: a uatura gressibile bipes: a dō forma  
 tuz de limo terre: ordinatū ad beatitudi  
 nem eternā. Descriptio etiā est orō cons  
 stans ex genere et p̄prio: vt animal risibi  
 le est descriptio homis. Per p̄p̄as nā qz  
 passiōes sepe circumloquuntur rez orōis  
 nobis ignotas. De loco aut a descriptōe  
 ad descriptū et ecōuerso ē dicēdum sicut  
 de loco a diffinitōe ad diffinitū formans  
 do arguēta et maximas eodēz nō pō  
 nendo descriptioem loco diffinitōis:  
 et descriptū loco diffinitū. Consequē  
 ter determinat auctor de Interpretatiōe.  
 Est aut duplex interpretatiō: qz quedā est  
 que uou p̄uertitur cum interpretato: vt le  
 dens pedem est interpretatio huius no  
 minis lapis: r s̄m hāc uō sumit locus a  
 substantia: in quo inferens et illatū n̄ si  
 gnificat idē cōuertibiliter: lapis. n. r ledēs  
 pedem nō cōuertibiliter se habent: cum  
 in ulta ledāt pedes que nō sūt lapides.  
 Alia vero est que cōuertitur cū interp  
 tato: vt amato: sapie est interpretatō hu  
 ius nouis p̄bus. Dicē est a philos qd  
 est amor: et sophos quod est sapientia:  
 quasi amato: sapientie. Et ab hac inter  
 pretatione sumitur locus a substantia: r  
 diffinitur sic: Interpretatio ē expositio vnū  
 us nomis minus notū p̄ aliud magis no  
 tum. ¶ Circa quod notandū qz et hmo  
 logia et interpretatio differūt ab in sicē.  
 Et hmo logia enī est expositio huius dic  
 ctionis per alias dictiones eiusdē y dīo  
 matis: vt sol dicitur quasi sup omnia lus  
 cens. Interpretatiō vō proprie dicitur qñ  
 vna dictio exponitur p̄ alias dictiones al  
 terius y diomat̄is. An s̄m y didox in li.  
 et hmo logiarū: Interpretatō dicit qñ me  
 dius inter p̄res duarū linguarū. Inter  
 pretatio enim in p̄posito sumitur mag  
 ample p̄ expositione vnus dictionis p̄  
 alias dictiones eiusdē y diomat̄is vel dī

de scriptio

re p̄licat

descriptio  
diffinitio  
p̄ncipij  
ad descriptioem

## Tractat<sup>9</sup> Anois interpretatione, et de quatuor que

uerforum dum sit ibi convertibilitas in-  
p<sup>r</sup>ationis cum interpretato. **I**tem notan-  
dum q<sup>d</sup> interpretatio differt a diffinitione  
et descriptione. Diffinitio enī et desc<sup>r</sup>-  
tio indicat esse rei absolute. Diffinitio q<sup>u</sup>-  
dem p<sup>r</sup> essentialia: desc<sup>r</sup>ptio v<sup>o</sup> p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>etas  
res s<sup>u</sup>m se consideratas. Interpretatio at  
indicat eē rei p<sup>r</sup> p<sup>r</sup>ietates a quib<sup>9</sup> no-  
men imponitur: sine inquamū exp<sup>r</sup>imē  
et significat per nomen. Unde quādoq<sup>ue</sup>  
quid nomis vocatur interpretatio. De lo-  
co autē ab interpretatōne ad interpretatūz  
et conuerso ē dicendū sicut de loco a diffi-  
nitione ad diffinitum: formādo argumē-  
ta et maxime eodē mō ponēdo inter-  
p<sup>r</sup>ationē loco diffinitionis et interpretatum  
loco diffinitū.

### Contra predicta arguitur sic

Non solū nomia s<sup>ed</sup> etiā v<sup>er</sup>ba p<sup>ro</sup> alias  
diciones exponi: ergo illa diffinitio est  
insufficiens: in qua dicitur q<sup>d</sup> interpretatō  
est expositio vnius nomis p<sup>r</sup> aliud. **I**tem  
videtur q<sup>d</sup> interpretatio illius nois p<sup>r</sup> h<sup>ab</sup>-  
it nō sit cōuertibilis cū interpretato. q<sup>u</sup> mul-  
ti amant sapientia q<sup>u</sup> nō sunt philosophi.  
**I**tem videtur q<sup>d</sup> locus ab interpretatōne nō  
sit locus a subia. q<sup>u</sup> s<sup>u</sup>m Boetii locus a  
substantia in sola diffinitione consistit.  
Respondēdo ad primū q<sup>d</sup> nomē in diffini-  
tione interpretatōis nō sumitur. p<sup>r</sup>ut dicit<sup>ur</sup>  
guitur cōtra alias p<sup>r</sup>tes orationis: sed su-  
mitur p<sup>r</sup> illo q<sup>u</sup> est nota mētis: seu sigul-  
ficat mentis cōceptum. **A**d secundū  
dico q<sup>d</sup> illi q<sup>u</sup> non sūt philosophi: qui s<sup>ed</sup>  
arent sapientia nō dicūtur p<sup>r</sup>pe amare  
sapientiam: sed desiderare. Desiderium  
enī p<sup>r</sup>pe est respectu non habiti: amor  
v<sup>o</sup> respectu habiti: licet v<sup>er</sup>ū aliquan-  
do sumatur p<sup>r</sup> reliquo. **A**d tertiū dico  
q<sup>d</sup> Boecius accipit diffinitionē large p<sup>r</sup>  
diffinitione q<sup>u</sup> rei et q<sup>u</sup> nomis. **E**t notā-  
dū q<sup>d</sup> quid rei est t<sup>r</sup>ū entū: quid nomis  
v<sup>o</sup> est tā entū q<sup>u</sup> nō entū. v<sup>er</sup>ū illa q<sup>u</sup> d<sup>i</sup>-  
cūtur entia p<sup>r</sup>hibita quib<sup>9</sup> s<sup>ed</sup> repugnat  
esse b<sup>u</sup> habent q<sup>u</sup> nomis: vt chimera.  
**T**alia autē sūt pure impossibilia: cū  
ratio h<sup>ab</sup>oz sit in se falsa includendo v<sup>er</sup>ū  
p<sup>r</sup>adictoria: vt q<sup>d</sup> aliquid componatur

ex repugnātib<sup>9</sup> et impossibilib<sup>9</sup> cōponi.

**I**tem notandū q<sup>d</sup> licet questio si  
quid nomis. De nullo enī queritur: an  
sit nisi p<sup>r</sup> cognoscatur quid p<sup>r</sup> nomē imp<sup>r</sup>  
tatur: et intelligitur si est nō d<sup>i</sup> ex<sup>r</sup>itia ac-  
cidentalī: alioquin demonstratio cui<sup>9</sup> me-  
diū est diffinitio nō posset haberi de v<sup>er</sup>  
existente: cuius oppositū patet p<sup>r</sup>mo p<sup>r</sup>  
sterioris. Sed intelligitur si est de ente  
cui nō repugnat esse in effectu s<sup>u</sup>m Sco-  
tum p<sup>r</sup>ima diffinitione. 4. sen.

**I**tem notandū q<sup>d</sup> si est et q<sup>u</sup> est ali-  
quando sumitur p<sup>r</sup>  
eodem: vt dicit<sup>ur</sup> p<sup>r</sup>mo posterior: q<sup>d</sup> d<sup>i</sup> sub-  
iecto scientie vel demonstratōis opo<sup>r</sup>et  
p<sup>r</sup> cognoscere q<sup>u</sup> est: et q<sup>u</sup> est: hoc ē opo<sup>r</sup>et  
p<sup>r</sup> cognoscere quid p<sup>r</sup> nomē significat<sup>ur</sup>:  
et q<sup>u</sup> sibi nō repugnat esse: vel reale  
vel rationis. Nulla enī scientia probat  
sūū subiectū eē demonstratōne p<sup>r</sup>pter q<sup>u</sup>  
arguendo s<sup>ed</sup> a causa ad effectum: cū ip<sup>s</sup>  
sūū inbiectū virtualiter cōineat omnia  
desiderata in illa scientia: vt dicit<sup>ur</sup> fuit  
p<sup>r</sup>mo ca. huius libri: hoc tamē nō obstā-  
te b<sup>u</sup> pōt demonstrari demonstratōe q<sup>u</sup>. q<sup>u</sup>  
arguendo v<sup>er</sup>ū ab effectu ad causā p<sup>r</sup> et  
am demonstrari p<sup>r</sup> aliquā p<sup>r</sup>iorē sciētiaz:  
cognito autē de subiecto scientie q<sup>u</sup> est p<sup>r</sup>  
inuestigari p<sup>r</sup> effectus diffinitū. vel scōm  
Sco. 3. dl. p<sup>r</sup>mo sen. p<sup>r</sup> viā diffinitionis d<sup>i</sup>  
uidendo s<sup>ed</sup> genus generalissimum ē ge-  
nera subalterna: ac remouēdo d<sup>i</sup>ūas si-  
bi nō cōueniētes: et alias sibi attribūē<sup>9</sup>.

**A**lterius notandū q<sup>d</sup> q<sup>u</sup>stio p<sup>r</sup>pe  
quid pōt re-  
duci ad quid est. **A**nalitas enī siue dif-  
finitio subiecti ē p<sup>r</sup>pter q<sup>u</sup> respectu pas-  
sionis. Unde in demonstratione propin-  
qua et potissima que datur p<sup>r</sup> causā in-  
diatam diffinitio subiecti est mediuz ad  
p<sup>r</sup>bandum passionem de subiecto: vt p<sup>r</sup>  
animal rationale p<sup>r</sup>batur homo esse r<sup>ati</sup>-  
bilis.

**I**tem sciendū q<sup>d</sup> diffinitio p<sup>r</sup>pter  
quid dicitur dupli-  
citer. vno modo dicitur propter quid:  
quando demonstratio sit per aliquas cau-



tas: sicut per causas extrinsecas: vel etiam per aliquam causam. Alio modo dicitur propter quod et potissima: ut quando demonstratio fit per causas intrinsecas: siue per definitionem aliquam.

**D**emonstratio autem quod sit dupliciter secundum Aristotem. primo post. Uno modo arguendo ab effectu ad causam. Alio modo arguendo a causa remota ad effectum. Exemplum primum: si quis demonstraret quod planetae sunt proprie nos: quod non sinitillare: hec demonstratio est per effectum ad causam: quod non sinitillare est effectus eius quod est esse proprie nos. Exemplum secundum: ut si demonstraret quod paries non respirat: quod non est animal. Non esse enim animal est causa remota eius quod est non respiramentum: quod probatur per se: quod est animal non est causa proxima huius quod est non respirare: et est talis demonstratio semper negativa: nam posita causa remota non propter hoc ponitur eius actus: sed ipsa remota remouetur actus: sic arguendo: Omne respirans est animal: nullus paries est animal: ergo nullus paries est respirans. Sufficientia et diuisio huiusmodi quantum ad questionum: scilicet si est: quid est: quod est: et propter quod est. de quibus ait Aristoteles. In primo secundum posteriorum sic potest assignari. Omne enim demonstrabile antequam probetur est dubitabile: et per consequens quasiabile. Aut igitur queritur de incompleto: aut de completo. Si de incompleto: tunc aut de rei entitate: et sic est questio si est. Aut de quiditate: sic est questio quid est. Si vero de completo: aut queritur de inheretia passionis ad subiectum: et sic est questio quia est. aut de causa inheretie: et sic est propter quod.

**E**t notandum quod quia non est nota querendi. Per hanc enim coniunctionem nihil queritur: dicitur tamen questio quia est nota querendi rationem: seu respondendi questio: ut circa hanc questionem: an luna sit eclipsabilis. potest queri an eclipsis potest esse

in rerum natura quo ad questionem si est habito autem quod sic: quia videmus defectum luminis candele propter impetum alicuius corporis. Unde potest queri: quid est eclipsis. Est autem eclipsis carentia luminis in aliquo receptivo ex interpositione corporis opacti impediens luminis causare lumen in huiusmodi corpore receptiuo luminis. Habito autem quid est eclipsis potest queri: an hec propositio: luna est eclipsabilis sit vera quantum ad questionem quod est. Logico autem per experientiam quod sic: quod videlicet eclipsis potest inesse lune: potest ulterius queri: propter quod. Logico vero quod hoc est propter interpositionem terre inter solem et lunam: cessat omnis questio de ista questione.

**De locis a concomitantibus substantiam.**

Equitur de locis a concomitantibus substantiam. Postquam auctor determinauit de loco a substantia: hic consequenter determinat de loco a concomitantibus substantiam. Fit autem iste locus in terminis qui sic conuenit quod unus includitur in alio aliquid modo eundem in: et hoc patet per huiusmodi locos discurrendo: aut cum vnum includitur in alio: sicut partes in toto: vel sicut totum in partibus. Tale autem totum: vel est totum vniuersale: vel totum integrale. Ad esse in sicut totum vltimum est in suis partibus reducendum totum in quantitate: et totum in modo. Ad totum vero integrale reducuntur totum in loco: et totum in tempore. Si autem vnum est in alio: sicut effectus in causa: vel forma in materia sumuntur loci a causa efficiente: materialis: formalis et finali. Generatio autem et corruptio reducuntur ad esse in: sic forma in materia: quod generatio est via in formam: et corruptio vniuersum est generatio aliterius. Locus vero ab vbius reducitur ad esse: sicut res in suo fine: vbius enim est sicut suis ipsius rei. Contra autem accidentia possunt reduci ad totum vltimum. Anum namque contra accidentium est in plus quam aliud: sicut delinquere est in plus quam perire. Ad id

## De locis a cōcomitātibus subam

enim delinquent qui nō vere penitent.  
**P**rimo igit agitur de toto vniuersali.  
**C**irca quod sciendū q̄ vniuersale alit  
sumit̄ p̄mo posteriorū q̄ sumat̄ hic seu  
in libro p̄dicabiliū. In libro enī posteriorū  
orū vlt̄ dicit̄ p̄dicatū qd̄ p̄mo puenit ali  
eui subiecto. Primitas aut̄ dicit̄ tibi ade  
quatōnē: qz scz natura talis p̄dicari est  
adequata tali subiecto: et sic risibile vel  
animal rationale dicitur vniuersale respe  
ctu hominis. vñ diffinit̄ vniuersale h̄o uō  
sumptū primo posteriorū qd̄ ē de omni  
et de p̄ se: et de fm̄ qd̄ ip̄m. Dicit̄ d̄ om  
ni: qz scz oportz q̄ tale p̄dicatū insit sub  
lecto r̄ p̄ quolibet supposito et p̄ quali  
bet vniuersali t̄p̄is. oportet etiā q̄ sibi insit per  
se: r̄ q̄ insit fm̄ q̄ ip̄m. i. primo r̄ adeq̄  
te: ita q̄ nō cōueniat ei p̄ alterū: sz alijs  
per ip̄m. An̄ ista se habēt ex additōe ad  
inuiçē: scz: de omni: de p̄ se: et de fm̄ q̄  
ip̄m. qz om̄e qd̄ p̄dicat̄ p̄ se: etiā p̄dicat̄  
de omni sed nō ecōuerso. Similiter om̄e  
qd̄ p̄dicat̄ fm̄ qd̄ ip̄m: p̄dicat̄ et p̄ se: r̄ d̄  
omni: sed nō ecōuerso. Exemplū de omni  
vbi nō ē p̄ se: vt omnis homo ē coloratus  
Exemplū de omni vbi nō ē fm̄ qd̄ ip̄m: vt  
omnis homo ē animal: et de fm̄ qd̄ ip̄m  
sum: vt omnis hō est risibilis: omnis hō ē  
animal rationale. ¶ Totū aut̄ vlt̄ vt h̄ sumit̄  
est superius respectu suoz inferiorū: vt ge  
nus respectu suarū specierū: seu magis  
cōe respectu min⁹ cōis. r̄ d̄ vlt̄ q̄ si vñ  
d̄ sum in multis. Sed p̄ subiectiua est  
inferius respectu superiorū: vel min⁹  
cōe respectu magis cōis: vt species re  
spectu generis: vñ indiuidui respectu spe  
cies. Et dicit̄ p̄ subiectiua: qz p̄tinetur  
et ponitur sub toto respectu cuius sub  
icitur vniuersaliter.

Locus a toto vniuersali est habitudo  
ip̄ius ad suā partem: et tenet t̄m destruc  
tiue arguendo scz a negatōne superioris  
ad negatōnē inferioris: vt lapis nō est  
animal: ergo lapis nō est hō. vñ locus:  
a genere siue a toto vniuersali. Maxia:  
a quocūqz remouet̄ totū vlt̄: et q̄libet e⁹  
ps. Cui⁹ rō ē: qz cū superius eēntialit̄ in  
cludat̄ in inferiori: si ab aliquo remouet̄

superius: remouebitur et inferius. Lo  
cus a specie siue a pte subiectiua ē habi  
tudo ip̄ius ad suū totū siue ad suū gen⁹:  
r̄ nō tenet destrucitue: qz ad negatōnē  
sp̄i q̄ ē minus cōmūnis nō seq̄tur nega  
tio generis: qz ip̄a sp̄e destructa: genus  
pōt remanere in alijs speciebus. Tenz  
igit̄ t̄m affirmatiue: et hoc duplici: pri  
mo: subiciendo speciem: vt hō currit: er  
go animal currit. vñ loc⁹: a specie: siue  
a pte subiectiua ad suū gen⁹. Maxia:  
Quicquid p̄dicat̄ de specie: et de gene  
re. Item tenet p̄dicatō sp̄em affirmati  
ue: vt sortes est: hō: ergo sortes ē animal.  
Maxia. De quocūqz p̄dicat̄ species:  
et suum genus. Nō eoz patet ex p̄cedē  
tibus: cū em̄ superius eēntialiter includa  
tur in suo inferiori: seq̄tur: q̄ q̄cqd̄ veris  
ficat̄ de inferiori: verificat̄ etiā de superio  
ri: et de quocūqz verificat̄ inferius: etiā  
superius in eo inclusum.

**C**ontra predicta arguitur tri  
pliciter: p̄mo sic: qz locus ab inferiori  
ad superius tenet affirmatiue. qz fm̄  
Boeti: Si vñus ē vñ: iusticia erit vñ:  
et si aīal ē sensibile: homo erit sēsibilis:  
r̄ tamē arguitur a superiori ad inferius af  
firmatiue. Item p̄bo q̄ nō teneat nega  
tiue: qz nō seq̄tur: animal nō currit: ergo  
homo non currit: r̄ t̄m aīal ē p̄pō nega  
tiua: et etiā p̄ns. Item videt̄ q̄ loc⁹ ab  
inferiori ad superius nō t̄m teneat affir  
matiue: sed etiā negatiue: qz hñ seq̄tur:  
homo nō currit: ergo animal nō currit. Al  
la em̄ p̄na ē bona: in q̄ ex opposito p̄nt̄  
inferi oppositū aīcedētis: sic ē in p̄posi  
to: qz hñ seq̄tur om̄e animal currit: q̄ om  
nis hō currit. Respōdēdo ad p̄mū dico  
q̄ argumētū ē bonū gr̄a materie et non  
gratia forme: arguitur em̄ in p̄dicamen  
tis per se. Illud autē qd̄ p̄ se inest vni  
uersaliter inest: qz p̄ se p̄supponit d̄ om̄i  
¶ Ad secundū dico q̄ nō arguitur ibi a  
superiori ad inferius negatiue sed affir  
matiue. licet enim tā aīal q̄ p̄ns sint neg  
atiua: tamen tam superius q̄ inferius  
remanēt affirmata: et sic non arguitur a

negatione superioris ad negationē in inferioris. Ad tertium dico p̄ idēz: arguitur eū ibi ab inferiori ad superi<sup>9</sup> p̄structie.

¶ Deinde determinat auctor de toto integrali dicens q̄ totum integrale est illud quod componitur ex p̄tibus quantitate habentibus: et ps eius dicit q̄ ps integralis: vt domus componitur ex tecto et pariete et fundamento. Et ponitur ex partibus quātitatem habentibus ad visum frontis totius vniuersalis et alioz totoz.

¶ Locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suas ptes: et semp tenet constructiue siue affirmatiue: vt domus ē: h̄ paries ē. vñ locus: a toto integrali. Maxima: posito toto integrali ponitur et que libet eius pars: cū enī totū integrale cōponatur ex suis p̄tibus: ad esse ipsius necessario requiritur esse suarū p̄tium. Nō aut tenet iste locus destructiue. qz ptes p̄nt remanere destructo toto: licet enim ipse ptes habeāt esse totius respectu cuius sit in potētia: nō tñ habet eē p̄tiale et p̄p̄riū ab ipso toto: ideo p̄nt remanere ipso destructo.

¶ Locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suum totum: et ē semp destructiue: vt paries nō est: ergo domus nō est. vñ locus: a pte integrali. Maxima: destructa pte integrali: destruit et suuz totum. Sed nō tenet iste locus affirmatiue. cuius rō est: qz esse partiale partū est prius q̄ sit esse totius et impositio ad ipm. Ad positionē aut prioris nō sequit̄ positio posterioris necessario. Circa p̄dicta notandū q̄ duplices sunt partes quedā sūt ptes p̄ncipales totius: et sunt ille sine q̄bus totū nō p̄t esse: vt paries tectū fūdamentū sūt ptes p̄ncipales domus: alie sūt minus p̄ncipales que nō sunt necessarie: vt fenestra ī domo. Iste aut locus intelligitur de p̄tibus p̄ncipalibus: vñ non sequitur: manus sortis non est: ergo sortes nō est: qz manus nō est ps p̄ncipalis eius. Item sciendū q̄ iste locus tenet arguendo de est secūdo adiacente ad est secūdū adiacēs: alio non tenet: vñ nō sequit̄: paries nō valet

duas libras: ergo nec domus. Item Sciendū q̄ duplex est totus: scz homo generē et etherogeneū. Totū homogeneū dicit q̄ est eiusdem nature seu rationis in toto et partibus: cui<sup>9</sup> scz quelibet pars recipit p̄dicationem toti<sup>9</sup>: vt aqua aer panis vinuz. Quelibet enī ps aque est aqua. et dicit ab homos q̄ est vnum et genus: quia est vnius generis vel nature in omnibus p̄tibus suis. Totū etherogeneū dicit q̄ nō est eiusdem nature vel rationis in toto et partibus: vt dom<sup>9</sup> hō equus. Quelibet enī pars hoīs non est homo: et sic de alijs. et dicitur ab etherō quod est variū: et gen<sup>9</sup>: quasi varij generis vel rationis. Locus itaq̄ iste tenet in toto etherogeneo: et in partibus ei<sup>9</sup>. Tenet etiā in toto homogeneo put habet rationem totius integralis: in q̄ntuz cōponitur ex p̄tib<sup>9</sup> quantitatis: vt bene sequitur: tota aqua est: ergo et pars aque est. Item sequit̄: pars aque nō est: ergo nec tota aqua. Si vero p̄sideratur fm suam eēntiam fm quā verificatur d̄ omnibus partibus suis: sic puenit cū toto vniuersali. Et hoc mō ab ipso ad suas ptes p̄t argui sicut a toto vniuersali ad partem subiectiuam.

Consequēter determinat auctor de toto in quātitate dicens q̄ totū ī quātitate est vniuersale vniuersaliter sumptū: scz terminus cōmunis cū signo vniuersali: vt omnis hō currit: ergo homo currit. Et d̄ in q̄ntitate p̄ quandā similitudinem ad quantitatem discretam: que est numerus vel multitudo: eo q̄ terminus cōmunis signo vniuersali determinatus distribuitur p̄ numerositate seu multitudine suppositoꝝ sub ipso contentozum. Pars aut in quātitate est inferius. sc̄ cōtentum sub superiori distributo. Locus a toto in quātitate est habitudo ipsius ad suā ptem: et tenet constructiue et destructiue. constructiue: vt omnis hō currit: ergo sortes currit. Vñ locus: a toto in quantitate. Maxima. Quicquid attribuitur toto in quantitate: et cuiuslibet eius parti. Destructiue: vt omnis hoc



mo non currit: ergo sortes non currit. vñ locus: a toto in quantitate. maxima: quicquid remouet a toto in quantitate et a quolibet eius parte. Ratio horum patet: quia cum totum in quantitate distribuatur per omnibus suis suppositis: quicquid predicatur de toto predicabitur et de suis suppositis seu partibus eius: et quod remouet ab uno: etiam remouebit ab alio. Locus a parte in quantitate est habitudo ipsarum partium simul sumptarum ad suum totum: et tenet constructiue sic. Sortes currit. plato currit. et sic de alijs: ergo omnis homo currit. Maxima: quicquid predicatur de partibus in quantitate simul sumptis et de suo toto. Destructiue sic: Sortes non currit. plato non currit: et sic de alijs: ergo nullus homo currit. maxima: quicquid remouet a partibus in quantitate simul sumptis: et a suo toto. Circa quod notandum quod ad hoc quod iste sequentie valeant termini debet supponere personaliter: et non materialiter siue simpliciter. vnde non sequitur: omnis homo est totum in quantitate: ergo sortes est totum in quantitate: quia ly omnis homo ibi sumitur materialiter per illo complexo. Item notandum quod bene arguitur a toto in quantitate ad suas partes: quoniam arguitur respectu predicacionis: quod notio: et in modo veniunt toti et partibus. Si vero huiusmodi predicata prius insunt partibus et toti: tunc arguendo a toto ad partes committitur fallacia petitionis principij.

Insuper determinat auctor de loco a toto in modo: et est totum in modo nomen vel verbum sumptum sine determinatione: ut homo: pars vero in modo est terminus sumptus cum determinatione: ut homo albus. Dicitur autem homo per se sumptus totum in modo non quasi habens modum: sed quod est quiddam totum respectu sui ipsius modificati. Homo enim sine determinatione sumptus se extendit ad omnia sua supposita. Cum autem dicitur homo albus determinatur ad statum quodam per vnam partem suorum suppositorum. Locus a toto in modo est habitudo ipsius ad suam partem: et tenet destructiue: ut lapis non est homo: ergo non est homo albus. Maxima: destructo toto in modo destruitur quilibet

eius pars: non autem tenet constructiue: quia posito superiori non oportet ponere inferius. Locus a parte in modo est habitudo ipsius ad suum totum: et tenet constructiue: primo: subiiciendo partem in modo: ut homo albus currit: ergo homo currit. Maxima: quicquid predicatur de parte in modo: predicatur de suo toto. secundo predicando: ut sortes est homo albus: ergo est homo. Maxima: de quocumque predicatur pars in modo predicatur et suum totum. vñ isti loci tenent sicut a superiori ad inferius: et econuerso. Totum enim in modo se habet sicut superius: et pars in modo se habet sicut inferius. Circa quod notandum quod triplex est determinatio: quedam est distinguens: que se recipit repugnat suo determinabili. Unde dicitur distrahens quasi ad diuersa trahens. Tollit namque rationes sui determinabilis: ut mortuus. homo est mortuus non est homo. Alia est determinatio diuiniuens: que non tollit simpliciter rationem illius cui adiungitur: sed partim diuiniuit. Sicut imaginabile: opinabile: vel cognitum diuiniuit rationem entis: quia potest sumi per ente rationis: et illa determinatio vocatur ab aliquibus determinatio indifferens: quia nec ponit nec tollit rationem sui determinabilis. In istis determinationibus non tenet predictus modus arguendi. Vñ non sequitur: rosa est cognita vel opinabilis: ergo rosa est. nec sequitur: est homo mortuus: homo est. Est albus sine dentes: ergo albus. Sed est fallacia a fine quod ad simpliciter. Alia est determinatio terminum contrahens: ut album contrahit hominem ad standum terminum per hominem albus. Vñ talis determinatio licet faciat suum determinabile sumi per pauciores suppositis: non tamen tollit vel diuiniuit rationem eius: sed potius ipsam ponit. Vñ ei sequitur: homo albus: ergo homo: et ideo in tali determinatione tenent predictae consequentie.

Alterius agit auctor de toto in loco et in tempore. Est autem totum in loco dictio complexiua: et omni locum adverbialiter: ut hic nunc. Pars in loco est dictio complexiua

dēs vnū solū locū aduerbialiter: vt hic vel ibi. Locus a toto in loco ē habitudo ipsius ad suā partem: et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic: de<sup>o</sup> ē vbiq; ergo d's ē d. Destructiue sic: Cesar ē nūq; ergo nō est hic. Locus d'o a pte in loco ē habitudo ipsius ad suū totum. Tenet destructiue sic: Cesar non est hic: ergo non est vbiq;.

Totū in tpe est dictio comprehendēs omne tempus aduerbialiter: vt semp et nūq;. pars in tpe est dictio comprehendens aliquod tēpus aduerbialiter: vt nūc heri: cras: aliquādo. Et sumūtur argumēta in istis sicut in toto in loco. pnt autē totū in loco et totū in tpe reduci ad totū in quantitate: cum vbiq; et nūq; semp et nunq; sūt signa vniuersalia vel equalentia ipsius: hic tamē ponitur ad maiorem expressiōnem. Sūt etiam et alla tota que pnt reduci ad pcedētia. s. totū copulatiū totū disiunctiū: totū pntiū siue virtuale: et totū sic. efficiū. Totū copulatiū est quū duo simul cōiunguntur p cōiunctionem copulatiuā: vt fortes currit: et plato disputat. et pōt reduci ad totū integrale. Hic em̄ pōt argui sicut ibi: a positōe totū ad positōem cuiuslibet partis: et a destructiōne partis ad destructiōnem totius. Totū disiunctiū ē quū aliq; duo cōiunguntur per cōiunctionem disiunctiuā: vt fortes currit: vel plato disputat: et pōt reduci ad totum vniuersale: arguēdo scz a destructiōne totius ad destructiōnem partis: vel a positōe partis ad positōem totū. Totū virtuale vel potestatiū ē quod ī se simplex est nullas habēs quantitatē: plura tamē cōtinēs potentia et virtute: vt anima cōtinet in se vim intellectiuā sensitiuā et negatiuā: et potest reduci ad totum vniuersale arguēdo scz a toto ad partem. Destructiue sic: Lapis nō habet animam: ergo lapis non habz potentiam vegetatiuā. A parte autem ad totū constructiue sic: Planta habet vim vegetatiuā: ergo habet animam. Totum successiuum ē quod habet partes ū

simul permanentes. Unde entia successiua habent suum esse in fieri. Dum em̄ sunt sunt: dum vero facta sunt non sūt: vt dies: annus. Permanentia autem sunt in facto esse et non in fieri: sed sunt quando simul sunt. Et reducitur totum successiuum ad totum vniuersale: arguēdo a destructiōne totius ad destructiōnem partis: vt non est dies: ergo non est merides: et a positōe partis ad positōnem totius: vt merides est: ergo dies est.

## De loco a causa.

Ausa est ad cuius esse sequit̄ aliud s'm naturam.

Postq; auctor determinauit de loco a toto: hic consequenter determinat de loco a causa. Circa quod pmitit̄ diffinitio nem cause in generali: dicens q; causa ē ad cuius esse sequitur aliud per naturā. In qua diffinitione intelligitur ens p genere: commune est cōmune ad causam et effectum. Et ponitur: ad cuius esse sequitur aliud: ad differentiam effectus: qui sequitur ad esse cause. Et ponitur p naturam ad denotandum q; cause ad effectum est p: oritas nature non temporis vel ordinis: sicut vnus homo alium pcedit vel sequitur: licet enim aliquando causa sit prior tempore suo effectu: non tamen semper: vt patet in subiecto et propria passione que simul sunt in generatione et corruptione. Et dicitur hic prius natura: a quo aliud dependet: posterius vero quod dependet ab alio: sicut effectus dependet a causa cuius esse presupponit.

Sed contra predicta arguitur sic: Aliud dicit diuersitatem essentialē: cum sit relatiū diuersitatis substantie: sed effectus nō sp̄ differt essentialiter a sua causa: vt patet de subiecto et propria passione q; sunt idem realiter: & male ponit̄ diffinitionē cause qd ad eē.

eius sequitur aliud scz effectus. Itē cā et effectus sūt correlatiua: ergo cā nō est prior natura suo effectū. Probatur conseq̄ quētia: qz relatiua sunt siml' natura. Respōdendo ad primū dico q̄ aliud potest sumi dupliciter: scz stricte et large. Si sumatur stricte cum dicat diuersitatē essentialē: tūc inter cām p̄pe sumptam et effectū erit distinctio essentialis. Large tamē sumēdo ly aliud p̄ quacūq; alietate vel distinctōne nō exigitur realis vel essentialis distinctio inter causā magis extensiuē sumptā et ei⁹ effectum. Et hoc mō subiectū dicitur causa p̄pe passionis quē ab ipō oritur. Ad secūduz dico q̄ causa et effectus p̄nt sumi duplici mō p̄ fundamētis huiusmōi relationū absolute sumptis: et sic causa ē prior natura suo effectū: nec sūt correlatiua. Alio mō p̄ fundamētis acceptis sub relationibus: et sic sūt correlatiua et siml' nā.

¶ Diuiditur autē causa in efficientē: materiam: formalem: et finalem: cui⁹ diuisionis insufficientia sic pōt haberi: qz cā vel est intrinseca vel ē extrinseca. Si intrinseca: hoc ē dupliciter: qz vel dat esse et sic ē forma: vel ē in potentia ad esse: et sic est materia. Si extrinseca: vel ē prior in intentōne: et sic est finis. vel est prior in executōne: et sic ē efficiēs. Causa efficiens est a quo primo est motus vt effectus pducatur in esse: vt dominicator motus et opatur ad hoc vt motus fiat.

¶ Circa quod ē notādū q̄ duplex ē motus: scz realis: seu pprie dictus et intentionalis seu metaphoricus: licet autē finis p̄mo moueat motū intentionali efficiens tñ mouet motū p̄pe dicto et reali. Finis enī p̄mo venit in mente agentis: sub ratōe boni appetibilis. Agens autē sic mouet a fine intentionaliter: mouet dō realiter pducendo formam in materia: et tunc materia huiusmodi formā sustentat.

¶ Locus a causa efficiente ē habitudo ipsius ad suum effectum: et tenet cōstructionē respectu huiusmōi p̄dicatoz bonū et malum: vt dominicator ē bonus ergo domus est bona: vel dominicator ē

malus: ergo domus est mala. Maxima cuius causa efficiēs ē bona: ipm quoq; bonum ē. Et debet intelligi de bonitate efficiētis in q̄ntū efficiēs vel artifex: et nō de bonitate morali vel entitatiua. Artis scz enī moraliter malus seu peccator potest facere bonam domū. Et similiter dō intelligi de bonitate forme effectus in q̄ntum huiusmōi. Itē ad hoc requiritur q̄ habeat materiā aptam ad forme susceptionē: et q̄ recte et p̄fecte opetur fm artē. Ecōuerso autē p̄ arguitur ab effectū ad causā: vt domus ē bona: ergo dominicator vel fuit bonus. Tenet etiam iste loc⁹ a positōne cause ad positionem effectus. Maxima: posita causa efficiens: ponit eius effectus.

¶ Ad cuius euidentiā sciendum q̄ duplex est causa efficiens: scz in actu et in potentia: vt respectu dom⁹ dominicator ē cā efficiens in potentia: scz dominicans ē cā efficiens in actu: hic autē intelligitur dō causa et effectū in actu: nō autē de causa et effectū in potentia. qz vt dicit philosophus secūdo phisico. et q̄nto metaphisice: causa in actu et effectus in actu siml' sunt et nō sūt: nō autem causa et effectus in potentia. Quōd ē intelligendum fm Scotum quinto metaphisice nō de fundamētis cause et effectus et absolute. nō enī sequitur: si fundamētum cause actu existat q̄ fundamētum effectus existat: sed ē intelligendū de actuali exītia fundamētoz et acceptoz sub relatōnibus. Si enī fundamētum cause in actu existat actualiter sub relatōne cause: tunc etiam fundamētū eius in actu existat actualiter sub relatōne effectus: non sic de causa in potētia respectu effectus in potentia. Non enī opoz: si edificator existat actu q̄ existat edificabile: de quo plus videbitur secūdo phisicorum.

¶ Item notandum q̄ eo modo quo agens per motū est in actu effectus: est in actu: dum enī motus est ipsū agens: nō est causa in actu facti eā vsq; ad vltimū instās. Accipiēdo tñ effectū resp̄cū c⁹ mouēs ē in actu illo.



effectus est in actu. s. ipm fieri: qz dū mo-  
uet est causa in actu nisi ipius fieri. Sed  
in vltimo instanti est causa in actu facti  
esse: et tūc effectus et causa simul sunt et  
non sunt in actu. Unde si causa est in ac-  
tu in fieri simul erit effectus in actu i fie-  
ri: si est causa in actu in facto esse erit si-  
mul effectus in actu in facto esse.

**Notandum** Insuper qz de eodem  
modo potest tractari i  
diuersis scientijs sub varijs rationibus  
vt de causis tractatur in metaphisica in  
quācum sūt principia entū. In phisica i  
quantū sūt principia motus et rerū na-  
turalium. In logica vō inquantū ex ha-  
bitudine cause ad effectum sumitur loc<sup>9</sup>  
dialecticus. et licet effectus sit extra raz-  
tionem sue cause: iste tamen locus non ē  
extrinsecus sed intrinsecus: qz ad locuz  
intrinsecum sufficit qz vnus termin<sup>9</sup> in-  
cludat alium aliquo mō eēndi in: vt dicitur  
est in pcedentibus.

**Materia** est ex qua cum aliquo aliqd  
fit: qz scz ex materia cum forma sit cōpo-  
situm. In q̄ dīffinitione intelligitur cau-  
sa loco generis. Residū vō ponitur ad  
dīffinitam aliarum causarū. ex fine enī et ef-  
ficente nō fit totū compositū cū ille cau-  
se sint extrinsece. et licet compositō fiat  
ex forma sicut ex causa intrinseca: nō ra-  
mē eodē mō quo dicitur fieri ex materia  
Fit enī ex materia tanq̄ ex illo qd sup-  
ponitur in omni actōe naturali: et ad qd  
stat resolutio om̄is generatōis et corrup-  
tionis naturalis. Unde lxx ex dicit habi-  
tudinem p̄mi p̄ncipij intrinseci via ge-  
nerationis. s. ipius materie que ē in po-  
tentia ad formam: que licet sit ens in po-  
tentia: est tamē ens positū et reale fm  
Sco. 32. d. ij. sen. cum sit per se suble-  
ctum generatōis. Unde p̄mo de genera-  
tione dicitur qz p̄ma materia quam ibi  
vocat p̄bus yle est maxime subm̄ gene-  
rationis et corruptionis.

**Circa quod notandum** qz ens  
in po-  
tentia dicitur dupliciter. Vno modo:  
vt sublectū potentie. Alio mō id ad qd

est potentia. exemplū p̄mi: superficies de-  
albanda. exemplū secūdi: albedo gene-  
randa. p̄ma potentia dicitur sublectū  
ua. secūda obiectiua: nec iste potentie sūt  
eodem. Q̄nt enī separt qd nāqz est crea-  
abile: puta angelus est i potentia obie-  
ctiua nō sublectiua. Ad p̄positū maria  
dicitur ens nō in potentia obiectiua sed  
sublectiua. nō obiectiua dico: vt albedo  
āre q̄ sit qz esset simplr nō ens: tūc qz ens  
in potentia obiectiua nō est sublectum  
transmutationis: sed terminus: sed ma-  
teria est i potētia sublectiua eo mō quo  
sup. r̄ficies est in potentia ad albedinez:  
ita qz materia est ens receptiū act<sup>9</sup> sub-  
stantialis p̄mo et actus acēntal<sup>9</sup> scđario

**Notandū** Insuper qz actus pōt sumi  
dupliciter: vno mō p̄ut  
distinguit<sup>9</sup> p̄ potētiā obiectiua: fm q̄. s.  
actum et potētiā totū ens diuiditur: et  
sic actus nō cōuertitur cū forma. Secū-  
dū hoc enī om̄e qd est extra cām iuam ē  
in actu. Alio mō sumit<sup>9</sup> actus fm qd lo-  
quit<sup>9</sup> Arist. septimo meta. p̄ actu distin-  
guēte formali specifico et recepto: et sic  
